



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 139. Archiepiscopus Toletanus antea Societatis hostis, nunc illius fautor.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

ribus colebatur. Accurrebant solemnibus pompis Pro-Rex, Nobiles, Senatores, ac Magistratus unacum toto Clero, omnibusque Mercatoribus, atque opificibus, nec minus postea omnibus ex locis ingens hominum copia advolabat, qui omnes sacras hasce reliquias venerari cupiebant, plurimis miraculis in hac translatione patratis acciti.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1552.

§. CXXXIX.

*Archiepiscopus Toletanus antea Societatis hostis, nunc illius fautor.*

Sancti hujus Viri obitus Divum Ignatium summo afficiebat dolore, quod non modo illius jacturam Societas, sed ipsa etiam Ecclesia deploraret, præcipue iis temporibus, ubi non pauci non modo in Francia, sed in aliis quoque regnis novo huic instituto sese opponerent. Præprimis Archiepiscopus Toletanus omnes Jesuitas a Complutensi Collegio, quod tamen unicum erat in ejus diœcesi illorum domicilium, exclusit, atque anathematis pœnam vibravit in cunctos, qui suas noxas apud illos expiarent. Parochis quoque, aliisque religiosorum familiis inibuit, ne in suis Ecclesiis cuiquam Societatis Sacerdoti verbum Dei prædicandi, aut rem divinam peragendi copiam darent,

P. Bouhours  
viede S. Ignace l. 4. p. 339.

Ordin. his.  
Soc. l. 22.  
n. 27.  
Alcamb.  
Hist. P.  
trunc. Soc.

ac

Sæcul. XVI. ac denique omnes illos Toletanæ Diœ-  
 A C. 1552. cesis Sacerdotes, qui in horum Patrum  
 ædibus Divinarum rerum contemplati-  
 oni incumbabant, sacris interdixit.  
 Cum autem Regius Senatus Papæ literis ad protegendos Jesuitas admoneretur, agendique rationem, qua Archiepiscopus utebatur, damnaret, hinc Præful hosce Patres juribus suis reddidit, mox vero datis ad eundem literis Ignatius grates ei rependit, promisitque, quod imposterum eo invito Complutenses Jesuitæ nullum in ejus Diœcesi ministerium obire vellent.

## §. CXL.

*P. Claudius Jajus Societatis Jesu  
 Sacerdos mortuus.*

*Orland. hist. Soc. l. 12. n. 35. & seq. Alegambe Bibl. Patrum Soc. J.* Priusquam nova D. Ignatii Societas Sancti Francisci Xaverii obitum lugeret, die sexta Augusti Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo Claudius Jajus natione Sabaudus, ac patria Anneciensis Viennæ obiit. Hic numero septimus a Patre Fabro Parisiis Anno Salutis millesimo quingentesimo trigesimo quinto S. Ignatii Socii adscriptus, ab eodem postea anno sequenti Venetias deducebatur, & progressu temporis in taenda Religione Catholica apud Italos, Sue-  
 vos,